# Band VII., Nr. 2132, Seite 75-78

*Graf Hartmann der Ältere von Grüningen verkauft dem Kloster Heiligkreuztal seinen Ort Andelfingen mit dem Patronatrecht und allem Zubehör um 206 Mark Silber und entschädigt die Kirche von Konstanz für ihre lehensherrlichen Rechte durch Auftragung anderer Lehen.*

## Andelfingen, 1270. März 8.

Omnibus hanc paginam inspecturis Hartmannus comes senior de Grueningen rei geste notitiam cum salute. Ut contractus bone fidei sint perpetuo valituri, moris est modernorum, ipsos litterarum serie perennari. Hinc est, quod scire volumus universos, quod cum ego in tantum oppressus debitis, ut usure sortem excesserint et obsidum me vexaverit multitudo, nec habens in mobilibus, unde creditoribus possit satisfieri, villam in Andolfingen cum iure patronatus ecclesie ville predicte et feodis dictis vulgariter manlehen in dicta villa cum silvis dictis Juncholz, Spiz, Wæningeswinkel, Poschenhŏwe et aliis nemoribus et frutectis molendino in villa sito agris pratis pascuis terris cultis et incultis aquis et aque decursibus piscationibus viis inviis itineribus et ius habendi tabernam et pistandi panes cum iuribus dictis ehafti getwinc vreveli advocatiis et omnibus aliis iuribus et appenditiis dicte ville attinentibus, quibuscumque nominibus censeantur, religiosis dominabus . . abbatisse et conventui Vallis Sancte Crucis Cysterciensis ordinis Constantiensis dyocesis pro ducentis VI marcis argenti legalis vendidi tradidi et donavi. Et quia dictas possessiones titulo feodali ab ecclesia Constantiensi possederam illucusque, actum est ante perfectionem contractus, quod reverendus pater et dominus episcopus Constantiensis proprietatem dicte ville seu possessionum omnium nomine sue ecclesie canonicorum suorum consensu prehabito per modum concambii libere in me transtulit recepta proprietate possessionum scilicet Buhshaim, Buhsa, Mŭtingen et Bustetten, que michi proprietatis titulo pertinebant et in concambium venerunt, quas etiam possessiones ego ab ipso in feodum recepi possidendas et sic in perfectione seu consummatione contractus proprietatem ville prelibate cum hiis, que premissa sunt, omni adhibita sollempnitate cum condicionibus subnotatis libere contuli et contradidi monasterio prenotato. Sane cum uxori mee Hædewigi feodum ville sepedicte in donationem propter nuptias deputaverim, quamvis in eam cadere non potuerit, deputati tamen fuerunt Hainricus iunior comes de Veringen[1] et fratres sui omnes, Hainricus senior comes de Veringen[2], Rŭdolfus iunior

[1] Neuveringen.
[2] Alt-Veringen.

de Hewen[3] et Anshelmus de Justingen ad subportandum ipsum feodum dicte matrone mee, que receptis CLXXX marcis ad comparandas alias possessiones, que loco dictarum possessionum succedant, nomine donationis propter nuptias una cum predictis ius quod habebat vel habere videbatur voluntarie non coacta me consentiente resignavit in manus . . abbatisse monasterii pretaxati, prestando corporale iuramentum, dictum ius numquam repetere et post biennium itterum consentire. Sunt autem condiciones in dicto contractu posite, ut nec ego nec aliquis heredum meorum seu alias successorum in quacumque linea cuiuscumque sexus in[ . . . . um][a] in dicta villa aliqui*t* possit vel debeat comparare vel quolibet modo alio conquirere, etiam si sibi vel eis quocumque titulo utpote donationis vel aliquo altero offeratur, nec aliqua m . . tio[b] seu edificium debet ibidem per me vel per ipsos construi vel elevari. Adiectum est insuper de vivario, quod si desiccari contigerit vel effluі per quemcumque modum, quod receptum est pro parte in possessionibus monasterii prenotati, in optione mea erit reparatio eiusdem sine omni lesione eiusdem monasterii sive dampno. Quod si non fecerim, gaudere debet possessionibus desiccatis tamquam propriis et sibi pertinentibus ab antiquo. Hec omnia pro me et meis heredibus universis accedente consensu Hartmanni Ludewici Cůnradi et Eberhardi filiorum meorum, quia plures tunc temporis non habebam, prestito iuramento promisi inviolabiliter observare, renuntians una cum predicta uxore mea nec non meis liberis universis omnibus iuribus actionibus defensionibus exceptionibus legum iuris cuiuscumque et consuetudine quacumque[c] subsidio litteris impetratis seu impetrandis peccunie non numerate iuri restitutionis in integrum et omnibus aliis, quibuscumque nominibus censeantur, per que predicta venditio donatio et possessionum vacuarum traditio posset in posterum calumpniari vel enervari casu quolibet contigente.<br> <br> Acta sunt hec in dicta villa anno domini MCCLX[X]., VIII. idus Martii,[d] indictione XIII., subnotatis testibus presentibus et rogatis, videlicet Eberhardo et Hainrico de Salem et de Tennibach abbatibus, Ůlri-

[a]Hier ist eine Lücke im Pergament, sie ist wohl als *posterum* oder *perpetuum* zu ergänzen.

[b]Gleichfalls eine Lücke, wohl als *munitio* zu ergänzen.

[c]Wohl verschrieben für *consuetudinis cuiuscumque.*

[d]Das zweite X der Jahreszahl ist infolge eines Moderfleckens nur noch undeutlich sichtbar, allein die Indiktion 13 stimmt nur zu 1270, weder zu 1260, in welch letzterem Jahr überdies noch kein Abt Ulrich von Zwiefalten, so wenig als die in der Urkunde genannten Söhne des Grafen Hartmann vorkommen, noch zu 1268, an welches Jahr an sich (unter Annahme des Monatstags *idus*) auch gedacht werden könnte. Eine Übersetzung der Urkunde auf Pergament aus dem 15. Jahrhundert trägt das Datum: *tusent zwaihundert und sechtzig jar, des achtenden Tags des Monats Mertzen.*

[3]Hohenhewen.

co abbate de Zwivaldon, Azkindo et Nicolao monachis, Friderico plebano in Andolvingen, Hainrico de Gundolvingen, Burcardo de Jungingen, Bertoldo de Vronhoven, Hainrico de Anmarchingen, Hermanno et Manegoldo de Hornenstain, Hainrico de Liebenstain[4], Alberto dicto Zutilman, Berhtoldo de Phlumerun, Cůnrado de Talhaim et Manegoldo filio eius de Hertenstain militibus, Walthero sculteto de Veringen, Hilteboldo ministro et Cůnrado dicto Murzel aliisque quam pluribus probis viris.<br> <br> Ut autem hec maneant perpetuo firmiora, presens instrumentum exinde concipi procuravi et sigillo meo, quo ego et matrona mea nec non tres ultimi filii mei utimur in hoc facto, roboratum predicto monasterio tradidi pro testimonio et cautela. Nos Eberhardus dei gratia Constantiensis episcopus predicta omnia prout premissa sunt esse vera et per nos facta presentibus profitemur sigillum nostrum ad petitionem partium huic instrumento pro testimonio apponentes. Et nos Cůnradus prepositus, Walconus decanus, Berhtoldus thesaurarius totumque capitulum predicta omnia esse vera similiter profitemur consensum nostrum premissis omnibus adhibentes et sigillum nostri capituli pro testimonio apponentes. Ego Hædewigis senior comitissa de Grůningen et nos Ludewicus, Cůnradus et Eber(hardus) fratres una cum matre nostra predicta profitemur totum id, quod supradicitur, et quia sigilla propria non habuimus, sigillo patris nostri predicti contenti fuimus in hoc facto. Item nos Hainricus senior comes de Veringen, Hainricus iunior, Manegoldus, Wolfradus fratres comites de Veringen, Růdolfus iunior de Hewen et Anshalmus de Justingen omnes et singuli profitemur premissa omnia esse vera consentientes in premissa et nostra sigilla pro testimonio huic instrumento ad petitionem partium apponentes. Verum quia nos Manegoldus et Wolfradus fratres de Veringen sigillis propriis caruimus, sigillo fratris nostri H(ainrici) in isto negotio usi sumus.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> An der Urkunde acht Siegel: 1) und 2) Die Wachssiegel des Bischofs Eberhard und des Kapitels von Konstanz, das erste spitzoval, 65,45 mm: Der Bischof im Amtsschuck auf einem mit Hundsköpfen und Tatzen verzierten Stuhl sitzend, den Krummstab in der Rechten, in der Linken ein aufgeschlagenes Buch auswärts haltend, vgl. für die Umschrift die Beschreibung zu Urkunde Nr. 2091 (WUB, Bd. VII, S. 45). Das zweite, ebenfalls spitzoval, 68,47 mm: Die thronende Maria mit Christus im Schoß, in der Rechten die Weltkugel, vgl. für die Umschrift die Beschreibung zu Urkunde Nr. 1770 (WUB, Bd. VI, S. 165).<br> <br> 3) Das runde Siegel des Rudolf von Höwen, 55 mm: Geneigter Schild mit Schildeshaupt, worin ein Stern, auf dem linken Obereck ein Topfhelm

[4]Rittergeschlecht in der Gegend des Bodensees mit unbekanntem Stammsitz.

mit einem Schirmbrett, zu beiden Seiten des Helms als sphragistische Beizeichen gleichfalls je ein Stern; von der Umschrift mehr oder weniger deutlich erhalten: . . VDOLFI . . OBI . . . IRI . I . . . RIS . De . HEW . . . . 4) Das schildförmige Siegel des Grafen Hartmann d. J. von Grieningen, 45,35 mm: Drei Hirschstangen, die oberste mit fünf, die beiden unteren mit vier Enden, quer linkshin übereinander, Umschrift: . . . . ARTMANNI COMITIS DE GRVNIGE . . . 5) Das schildförmige Siegel des Grafen Hartmann d. Ä. von Grieningen, 55,45 mm: Drei Hirschstangen, die beiden oberen mit fünf, die unterste mit vier Enden, querlinks hin übereinander, vgl. zur Umschrift die Beschreibung zu Urkunde Nr. 1386 (WUB, Bd. V, S. 152).<br> <br> 6) Das runde Siegel des Grafen Heinrich von (Neu-)Veringen, 57 mm: Im Siegelfeld ein Schild, in welchem drei Hirschstangen mit je vier Enden quer linkshin übereinander, zur Linken des Schilds der Graf knieend, die beiden Hände nach dem Wappenhelm, d. h. einem mit zwei Hirschstangen besteckten Topfhelm ausgestreckt, den seine Gemahlin von der anderen Seite her mit beiden Händen über dem Schilde hält: Umschrift: + S*igillum* COMITIS . HAINRICI . DE . NOVO . VERINGEN ., vgl. eine Abb. des Siegels in Mitteilungen des Vereins für Geschichte und Altertumskunde Hohenzollern 1 (1867/68) - 63 (1932) 3 (1869/70), Siegeltafeln Nr. 6, und Friedrich Karl Fürst zu Hohenlohe-Waldenburg: Sphragistische Aphorismen: 300 mittelalterliche Siegel systematisirt, classificirt und erläutert, Heilbronn 1882. [unveränd. ND Walluf bei Wiesbaden 1973], Tafel XVIII, Nr. 205. Eine Besprechung des Siegels ebd., S. 78. 7) Das Siegel des Anselm von Justingen, vgl. die Beschreibung zu Urkunde Nr. 2055 (WUB, Bd. VII, S. 17).<br> <br> 8) Das runde Siegel des Grafen Heinrich von (Alt-)Veringen, 47 mm: In einem geneigten Schild drei Hirschstangen mit je vier Enden querlinkshin übereinander, auf dem linken Obereck ein mit zwei Hirschstangen besteckter Topfhelm, zu dessen beiden Seiten als sphragistische Beizeichen je ein achtstrahliger Stern; Umschrift: + . S*igillum*. H. COMITIS . DE . VETERI . VERINGEN ., vgl. die Abb. in Mitteilungen des Vereins für Geschichte und Altertumskunde Hohenzollern 1 (1867/68) - 63 (1932) 3 (1869/70), Siegeltafel Nr. 5. Auf die einzelnen Pergamentriemchen sind die Namen der betreffenden Siegler aufgeschrieben: *S. domini episcopi Constantiensis, Sigil. capituli Constantiensis ecclesie, S. R. nobilis viri iunioris de Hewen, S. Hartmanni . . . ., S. Hartmanni senioris de Grůnigen (die letzten Worte undeutlich), S. H. comitis . . . , S. Anshelmi de Justingin und S. H. comitis . . . nioris de Verigen.<br> <br> Von der Urkunde liegt eine Übersetzung auf Pergament aus dem 15. Jahrhundert vor.*

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**
B 457 U 273

**Überlieferung und Textkritik:**
Abschrift in HStA Stuttgart H 14 Bd. 137, S. 117 - 121 (mit fehlerhaftem Datum). Deutsche Übersetzung: HStA Stuttgart B 457 U 274.

**Regesten:**
Württembergische Jahrbücher für vaterländische Geschichte, Geographie und Topographie, Stuttgart 1822-63 (1826), S. 80. Mitteilungen Verein Hohenzollern 3 (1769/70), S. 61 ff. Regesten Bischöfe Konstanz, Nr. 2248. Anton Hauber (Bearb.): Urkundenbuch des Klosters Heiligkreuztal, 2 Bde., Stuttgart 1910-13 (Württembergische Geschichtsquellen 9 bzw. 14), Bd. 1, S. 16, Nr. 61.

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Andelfingen

**Ortsindex:**
Andelfingen Wohnplatz (17334)<br> Andelfingen, Langenenslingen, BC<br> Baustetten Wohnplatz (17356)<br> Baustetten, Laupheim, BC<br> Burg Hohenhewen Wüstung (23449)<br> Burg Hohenhewen, Engen, KN, W<br> Buxach, Memmingen, MM<br> Buxheim, MN<br> Emerkingen Wohnplatz (16806)<br> Emerkingen, UL<br> Fronhofen Wohnplatz (20999)<br> Fronhofen, Fronreute, RV<br> Grüningen Wohnplatz (17484)<br> Grüningen, Riedlingen, BC<br> Gundelfingen Wohnplatz (15913)<br> Gundelfingen, Münsingen, RT<br> Heiligkreuztal Wohnplatz (17046)<br> Heiligkreuztal, Altheim, BC<br> Hertenstein Wüstung (24212)<br> Hertenstein, Sigmaringen, SIG, W<br>

Hornstein Wohnplatz (21053)<br> Hornstein, Bingen, SIG<br> Jungingen Wohnplatz (16441)<br> Jungingen, BL<br> Justingen Wohnplatz (16938)<br> Justingen, Schelklingen, UL<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Liebenstain<br> Mietingen Wohnplatz (17392)<br> Mietingen, BC<br> Pflummern Wohnplatz (17486)<br> Pflummern, Riedlingen, BC<br> Riedlingen BC<br> Riedlingen Gemeinde (17477)<br> Schloss Salem : Salem FN<br> Schloss Salem Wohnplatz (18257)<br> Talheim Wohnplatz (16870)<br> Talheim, Lauterach, UL<br> Tennenbach Wohnplatz (9797)<br> Tennenbach, Emmendingen, EM<br> Veringenstadt SIG<br> Veringenstadt Gemeinde (21373)<br> Zwiefalten Wohnplatz (16028)<br> Zwiefalten, RT